



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1858**

LXXXIII. Markgraf Woldemar bestätigt dem St. Georgen-Hospital zu Stendal die ihm durch Ritter Gerhard von Kerkow zugewandten Besitzungen in Ostheeren und Kl. Möringen, am 1. März 1315.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

LXXXII. Markgraf Johann versichert die Stadt Stendal für den Fall, daß sie an ihn fallen sollte, ihrer Rechte, am 13. Dezember 1314.

In nomine sancte et individue trinitatis Amen. Johannes, dei gratia Brandenburgensis et Lufatie Marchio, omnibus presentes literas visuris seu etiam auditoris salutem in omnium salvatore. Quum ingrata mater erroris obliuio gesta fidelium crebro diluit et annullat, nisi fuerint linguis testium vel scripturarum beneficiis perhennata; Inde est quod ad notitiam tam modernorum quam futurorum peruenire cupimus presentibus publice profitentes, nos ciuitatensibus ciuitatis Stendale uniuersis firmissime promississe, Quod si iam dicta ciuitas Stendale fortassis sub nostro dominio redacta ad nos quomodolibet deuolueretur temporibus affuturis, quod uniuersas libertates, quas a karissimis patris nostris uidelicet Ottone, Conrado, Johanne ac nostro sororio Woldemaro atque eorum progenitoribus Marchionibus Brandenburgensibus sunt adepti, eisdem ciuibus Stendaliensibus ac posteris eorundem secundum formam priuilegiorum suorum Nos nostrique successores per omnia taliter conseruare ac tenere perpetuo debeamus atque gratanter uelimus, easdem libertates presentibus confirmando, utpote nostri patris predicti ac nostri sororius predictus ipsis ciuibus suis in literis promiserunt, quas quidem memorati ciues suis literis et priuilegiis poterunt demonstrare. Nos quoque ac nostri successores uniuersi sepedictos ciues Stendalienses atque eorum successores supradictas libertates aggrauare ullis petitionibus aut importunitatibus perpetue non debemus nec volumus ullo modo. Ut autem premissa uniuersa eisdem inconuulsa perpetuo teneantur, presentes literas sigilli nostri munimine roboratas ipsis dari iussimus in testimonium et munimen presentibus nostris fidelibus Hinrico, Frederico, Gheueardo de Aluenfleue, Lodewico de Wanzleue, Henrico Scencken, Droysekino de Cröchern, militibus et quam pluribus aliis satis dignis. Datum et scriptum per manus Hermanni de Arneburgh nostri Notarii, in Spando, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XIII<sup>o</sup>., die Lucie uirginis.

Nach dem Orig. des Stend. Rathsarchives No. 45.

LXXXIII. Markgraf Woldemar bestätigt dem St. Georgen-Hospital zu Stendal die ihm durch Ritter Gerhard von Kerkow zugewandten Besitzungen in Ostherren und Kl. Möringen, am 1. März 1315.

Uniuersis Christi Fidelibus, quibus presens scriptum ostensum fuerit innotescat, quod nos Woldemarus, Dei gracia Brandenburgensis et Lufatie Marchio, propter merita et fidelitatem, quibus fidelis noster Miles Gherardus de Kerkowe apud nostram extollitur reuerentiam, dedimus et damus eidem militi liberaliter proprietatem quatuor Chororum Sitorum in Villis Ostherren et parua Moring siliginis et Ordei, quos Choros cum proprietate eorundem idem Miles reddidit prudentibus Viris Consulibus in Stendal, qui huiusmodi Choros et proprietatem in Sublevamen leproforum a Deo percussorum, qui extra communionem a facie Populi sunt Projecti, capelle dictorum abjectorum ad honorem beatorum Mauriti et beate Margarete in Salutem suarum

atque suorum Progenitorum et Successorum animarum Zelo ducti misericordie apponere curaverunt, que quidem Capella extra et Prope Civitatem Stendal predictam noscitur situata, et ut hujusmodi factum pietatis semper maneat inconvulsam, presentibus literis apponi iussimus nostrum sigillum ad gestu rei memoriam sempiternam. Testes ad hoc vocati sunt: Bartholdus Schenko, Redeco Mariscalcus, milites, Sloteko Prepositus Dyminenfis et alii fide digni. Datum Tangremunde, per manum Hermanni de Luchowe, Anno Domini Millefimo CCCXV, Sabbatho ante Dominicam Letare proximo.

Deßmann's Besch. a. a. D. Sp. 133. 134.

LXXXIV. Das Capitel der Nicolaiskirche zu Stendal bekundet, daß die von ihm für die Curie seines Scholasticus erworbene Hausstelle den bürgerlichen Lasten unterworfen bleiben soll, am 6. Dezember 1316.

In nomine Domini Amen. Cum errorum mater oblivio gesta fidelium delectat seu gerenda, nisi linguis testium vel instrumentis publicis apercius perhennentur; Nos igitur Segervs, Dei gracia Stendaliensis ecclesie prepositus, Hinricus eadem miseratione Decanus, nec non totum ejusdem ecclesie capitulum tenore presencium recognoscimus publice protestantes, quod area illa, in qua quondam morabatur Conradus Fullo, dictus Carpentarius, que nunc applicata est ad curiam Domini Theodorici de Luderitz, ecclesie nostre Scholastici, debet ad jura civitatis sive ad collectam, que Scoth dicitur, et ad vigiliis tempore suo debitas et ad omnia jura, ad quod teneretur domus seu hereditas, que in predicta area locata esset, et ad que tenebatur domus, que prius sita erat in sepe dicta area, esse perpetuo obligata. In quorum evidenciam sigillum capituli nostri tenore presencium duximus appendendum. Datum Stendal, Anno Domini MCCCXVI, in die beati Nicolai Episcopi et confessoris.

Nach Lenz Br. Urk. S. 204. 205.

LXXXV. Markgraf Woldemar verzeignet dem St. Georgen-Hospital in Stendal Hebungen aus Steinfeld, am 10. November 1317.

Ad perpetuam rei memoriam. Nos Woldemarus, Dei gracia Brandenburgensis et Lufatie Marchio, Recognoscimus publice in his scriptis, quod propter Deum, nostreque ac nostrum Progenitorum et successorum salutem animarum dedimus donacione libera Proprietatem quatuor Chororum siliginis in Villa Stenveld, qui quondam fuerunt Domini Henningi de Luderiz bone memorie, et quatuor Chororum et unius modii duri frumenti in Villa Dalem, qui quondam Dominis Vlaschmenger pertinebant, Domui Leproforum extra Civitatem nostram Stendalgen-

Gauptth. I. Bb. XV.